



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

31. De prima vocatione Petri, ad solam itidem Christi notitiam.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt IESUM. *Ioan. 1. v. 35. 36. 37.*

II. Conversus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quaeritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. *Ioan. 1. v. 38. & 39.*

III. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. *Ioan. 1. v. 39. & 40.*

MEDITATIO XXXI.

De prima vocatione Petri, ad solam istiusmodi Christi notitiam.

I. **I**Nvenit hic (*Andreas*) primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum CHRISTUS. *Ioan. 1. v. 41.*

II. Et adduxit eum ad IESUM, *Ioan. 1. v. 42.*

III. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. *Ioan. 1. v. 42.*